

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Geleitbriefe

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

LEONI. X. PONTIFICI MAXIMO.

**M**agna quaedam res est, & ut nihil fortasse prestantius, ita longe difficilius quiddam, quam homines opinantur, eloquentia excellere. vni est id homini a natura datum: ut ea, quae mente concipimus, communicare inter nos, ac dicendo animi sensa eloqui possimus. hac vna re maxime a ceteris nos animantibus natura se iunxit. haec iam inde ab initio humani generis egregias nobis semper utilitates attulit. atque haec cum aequae omnibus concessa sit, vnum quempiam e multis esse, quae magna ceteri cum admiratione dicentem audiant: cui maximis ita plerumque de rebus assentiant, ut illi potius, quam sibi ipsis credendum putent: qui clamores, qui lachrymas, qui risus, cum velit, moueat: atque omnes adeo animorum motus quasi habens quibusdam regat: qui denique ita loquat, ut tantum prope reliqua hominum multitudini praestare videatur, quantum homines ipsi bestiis antecellunt: profecto id fieri necesse est, quod is, & longe praestantiora quaedam, quam alii omnino, cogitatione, atque animo complectatur: & ea, quae cogitarit, admirabili ac diuina quadam dicendi ratione explicare, ac proferre possit. At hoc, si quis id recte consideret, eiusmodi est, ut eo omnia, quae in hominum cognitionem cadere possunt, comprehendant. quid enim illi, qui & res omnes, de quibus possit accidere ut aliquando loquendum sit, optime omnium teneat: quod ei qui perfecte eloquens esse voluerit, necessarium est: & ornatissimis ac grauissimis eas verbis illustrare, atque omni lumine orationis queat, deesse dicendum est: Id vero quod arduum, ac magnum sit, vel ex eo facillime cognosci potest, quod cum nemo fere vnquam fuerit, qui non hanc sibi eloquentiae gloriam summopere appetendam duxerit, permulti vero acerrimo ingenio homines nihil aliud summo studio tota vita egerint, per pauci tamen tot aetatibus inueniuntur, qui ita probati sint, ut non multa illis deesse viderentur. Et certe singulas quasque artes egregie aliquem nouisse per magnum est, nedum ut plurimam ab vno quopiam comprehendere possint. Sed ut ea quis etiam ingenii felicitate fuerit, ut omnium sit maximarum rerum scientiam consecutus: tum vero quoties illi dicendum sit, suo quocumque loco collocare, quantae prudentiae est! Iam res ipsas eo orationis genere, his verbis ornare, earum ipsa verba tam compositae, tam concinnae, tam apte inter se connectere, ut nihil illustrius, nihil auditu iucundius esse possit, id vero longe omnium difficillimum haberi debet. profecto cum multa etiam in oratore alia requirantur, ab hac vna re tamen eloquentiae inditum nomen est. Quid de actione dicam? huic primas, huic secundas, huic tertias tribuisse Demosthenes dicit. hac vna si careat, ut cetera illi omnia cumulatiflime concessa sint, nihil est, quod magnum ab se quippiam effici posse orator putet. at eiusmodi ea est, ut si cui a natura negata sit, paruum sit, & exile quiddam, quod ab arte tradatur. Sed & multo minus memoria aut procreari, aut inseri arte vlla potest. ratio certe quaedam, qua ea adiueat, reperta est. sed haec nulla sit, nisi id ipsum prius naturae bonum in ingeniis nostris extiterit. at haec in oratore quasi fundamentum quiddam est, quo sublato cetera omnia collabi necesse sit. Quare cum ex his eloquentiae rebus constet, quae partim maximo viri ingenio summa sibi industria ac labore parare tantum possunt: partim, nisi a natura contigerint, nulla ipsi nobis fingere ratione possumus: nihil dicendi laude difficilius, nihil perfecto oratore inueniuntur rarius existimandum est. Sed quo plures huic laudis propositae difficultates sunt, eo magis, & ut ea adipiscantur eniti omnes decet: & si quis adeptus fuerit, admirabilior, & quasi quaedam inter homines deo haberi debet. quid enim ex omnibus humanis rebus ad deorum propius potestate accedit: quam posse & inimicos, cum velis, laedere, & amicis adiuuato esse, & repugnantes tuam in sententiam adducere, & consentientes confirmare, consolari, hortari, ad misericordiam, ad odium, ad quaecumque animi motum, quos volueris, vel inuitos impellere. haec ea nimirum sunt, quae non fieri humana vi, sed diuinum esse quiddam homines arbitrentur. Atque in hac quidem re sunt quae omnium maxime graecos homines admirantur, ac longe illos nostrorum ingeniis anteponant. Et profecto, quod in omnibus eius studiorum genere non minus contigit, summorum semper oratorum copia Graecia redundauit. e Romanis quae multos fuisse legimus, quae plurimum dicendo potuerit, quae nihil non eloquentia assecuti sint: & complures ex his tantum nihil omnino literis mandauerunt: & eorum quae aliquid scripserunt, praeter vnum Ciceronis nihil cuiusquam extat, quod proferre possimus. Sed & in tanto hoc tantum eloquentiae naufragio, magne ob id saltem diis immortalibus a nobis gratiae haberi debet, quod huc potissimum superesse voluerunt. tantum enim vno ego in Cicerone ponendum arbitror, ut huius vni dicendi facultate, non aequata modo cum graecorum omnium eloquentia latinae orationis copia, sed & longe facta superior putetur. Tria sunt, quae ab optimo effici oratore debeant. docendum, delectandum, promouendum auditor. hinc tria etiam nata sunt dicendi genera, tenue, medium, graue. ad docendum tenue accommodatum est, medio delectatio pariter, promouemur graui. qui vnum aliquod horum genus assequi potuerunt, magni habitum

Eloquentiae  
laus.

Eloquentiae  
vnde nomen  
inditum.

Ciceronis  
laus.  
Oratoris  
officia tria.  
Dicendi ge-  
nera tria.

Demosthe  
nis cum Ci  
cerone cōs  
paratio,

oratores sunt: qui omnia, maximi. Ac fuerunt quidem e graecis aliqui, qui subtili quodam, & sententiarum, & verborum genere eo acumine atq; elegatia dicerent, ut nihil illis limati<sup>9</sup>, nihil enucleatius esse posset. Expolitum alii ac suaue dicendi genus secuti, & auditorium animos maxime delectarunt, & celebre sibi inter oratores nomen peperere. Vberiores nonnulli & ampliore quadam orationis vfi dignitate, cum magna vim hominum mentibus admoueret, magna ipsi eloquentiae gloria consecuti sunt. Cum vero non eodem modo omnia dicenda sint, sed magna ipsi eloquentiae gloria consecuti sunt. Cum vero non eodem modo omnia dicenda sint, sed magna ipsi eloquentiae gloria consecuti sunt. Cum vero non eodem modo omnia dicenda sint, sed magna ipsi eloquentiae gloria consecuti sunt.

Qua ut in Demosthene etiam paria fuerint, sunt tamen qui existimet longe illius oratione iucundius his salibus, quibus maxime abundat Cicero, potuisse condiri. sunt qui comiserationes desideret: quibus ille ut Atheniensium lege sit vti prohibitus, magnum tamen quiddam est, quod illi desit. qua in re ita omnibus praestare Cicerone existimatus est, ut in his etiam causis, quas una cum illo Q. Hortensius, aut alii ea tempestate summi oratores agerent, extremus tamen prorandi locus eorum ipsorum concessu, huic semper relinqueret. iam in epistolis, cum amorum extant, tantus in nostro lepore, tanta urbanitas, ea suauitas, is candor, tam purus sermo, ea cum de re, loquitur, grauitas, ut mirum sit quanto intervallo vincamus. Quid: vbertas ingenii, plurimarum ac praclarissimarum rerum cognitio conferri potest: illius graeco tantum sermone complures modo orationes, & epistolas quasdam legimus. hic & graeco homo Romanus eo ornatu plura scripsit: tam praclare nonnunquam, cum res tulit, locutus dicitur, ut ipsi etiam graeci huiusmodi facultatis peritissimi homines, non minus suae illi linguae elegantiam concederent, quam hanc etiam sibi laudem eripi moleste ferrent: & omnibus latinae eloquentiae partibus vni<sup>9</sup> satisfecit, neque vllum non posteris monumentorum genus reliquit. orationes in omni genere plurimas, magna epistolarum volumina edidit. Sed & a musis etiam non alienus fuit. quin & latinis oes, qui ante se fuerant, poetas facillime superauit: & multo etiam fortasse progredi longius potuit, nisi maioris cuiusdam gloriae ad se illum splendor rapuisset. Ad haec, ne ea quae magno sibi ipse labore atque acerrimo studio peperisset, inuidere iuuentuti videret, de arte etiam dicendi sibi scribendum existimauit. quibus in libris cum peruulgata rhetorum praecipua negligens, aliud quoddam ad eloquentiam esse iter diceret: vel ex eo id verum esse, quod ab se diceret, ostendit: quod de his ipsis rebus quod nulli unquam dicendi magistri potuissent deligatissime locutus est, & in eloquentiae praecipuis tradendis, nullam non eloquentiae vim adhibuit. Neque vero his finibus abundantis ingenii flumen tenuit: sed longe effusus latius in oes prope philosophiae sinus delatus est: & in auitam tandem possessionem, ex qua eam nullo iure deiecta esse, sapissime conuestus fuerat, eloquentiam restituit: atque ex angustis extractam finibus paterno in regno collocauit: & id esse proprium oratoris docuit, de una quaque re proposita posse & ornate & apte dicere. Sed nulla profecto ex re magis cognosci praestantia oratorum potest, quam ex eo, quod ab his dicendo efficitur. ac recte id mihi quidem dictum videtur: ut in fidibus ex eo, qui reddat, sono, illius qui pulset scientiam perspici: sic eloquentiae vim, ex his maxime motibus, qui in auditorium animis cernunt, intelligi. neque vero dici potest, non multa Demosthenem effecisse dicendo. amens sim, si e maximis, atque omnium illi summorum hominum consensu tributis laudibus, quicquam coner detrahere. cum praesertim ipse etiam illum Cicero longe omnibus anteponat, & quoties dicitur esse, e tota Graecia ad eum accedendum solitos fieri concursus affirmet. sed tamen cum maxime floreret Demosthenes, & praetulerat etiam illi Demadem legimus, & Phocionis seu quaedam acerrima dicendi vis, seu populo cognita vitae integritas ita eum saepe peruertit, ut ipse etiam suorum illum verborum securum sit solitus appellare. Ciceronis aetate, quae nulla unquam aut plures aut praestantiores oratores tulit, neque pari tamen dicendi facultate quae inuenit est, neque tam probata vitae sanctitas in vobis fuit, ut ea magis, quam illius oratione, homines mouerent. huius accusatoris impetu perterritus, a Verri patrocinio, cum & eum maxime defensum vellet, & nihil esset quod non assequi dicendo posse crederet, Hortensius destitit. hic grauissimam illam M. Catonis auctoritatem, & dicendi seueritatem, quo nemo omnium virtute praestantior unquam fuit, siquidem sibi obstitit, orationis copia & festiua quadam

Phocion  
Demosth.  
verborum  
securis.

comitate semper elusit. Ac ne omnia cōquirere ambiciosius videari: vt toties p̄motos iudices, toties senatū, toties populū p̄mittā: vt oppressam Catilinę audaciā, vniuersam in Antonii odiū concitatā ciuitatē sileam: quāta vis illius orationis fuerit, q̄ facile ad ea, quæ vellet, homines attraxerit, vel id vnū nobis esse argumēto potest, q̄ cū p̄claro illo statim ab se inito cōsulatu, lege agraria ab seditiosis Tribunis plebis p̄posita, magnos in Rep. concitari motus in tueretur, & in concionē Tribunos vocare, & ip̄so etiā disceptatore populo, cuius obsistere cōmodis putabatur, vti nō dubitauit, atq; hīc ita locutus est, ita eorū quæ ad pertractādos hominū animos necessaria essent, nihil p̄termisit, vt nemo vnq̄ tanta populi volūtate populare quicq̄ suaserit, quāta hīc maxime omnīū gratā, ac iucūdā populo legē euertit. Nō immerito igitur & cū viueret, regnare in iudiciis dictus est: & post mortē ad hodiernū diē sic apud oēs gentes illius nomē viger, sic in dies auget, vt nulla id vnq̄ obliuio obscuratura, nulla eius laudibus allatura finē æternitas videatur. Hīc ipsam illā absolutę eloquētię speciem, quā suo ip̄se in oratore q̄rit, quā vix animo intuemur, quā in nullo Antonius viderat, oratorū omnīū vnus expressit. huic quo similior aliquis, eo eloquētiōr haberi debet. huius scriptis ne cogitare quidē ornatiōra possumus, vti nā quę eorū multa aut iniuriā tēporis, aut assidua tot sepe bellis Italię vastatione perierūt, ea peruenire omnia ad manus nostras potuissent. longe opulentior Romana lingua, longe instructior latinę eloquētię supellex esset. Sed vt multa intercepta sint, bene id cecidit, q̄ ex his quas scripsit, orationibus, in quibus omnis dicēdi vis, oīs eloquētię ornatus explicatur, paucas admodū desideramus. q̄q̄ & in his id q̄ri possumus, q̄ quas nō Antonii proscriptio, nō belli furor, nō tot annorū spatium eripere nobis potuit: has ita proximorū seculorū inscitia, quasi rubigo quedā, fœdauit, vt in suū eas nitorem restituere immensi cuiusdā operis esse videatur. Nos quidē, quātū in nobis fuit, quātū vetera nobis exēplaria adiumento esse potuerūt, quā potuimus opem afferre conati sumus: neq; quicq̄ a nobis fieri potuisse existimauimus, qd̄ magis his qui eloquētię studio tenentur prodesset: q̄ si ip̄se hęc Ciceronis orationes, hoc est ipsius fontes eloquētię, vnde haurire abunde possent, per purgati a nobis essent, quā in re tātū tamē abest, vt nihil p̄termisum esse affirmare velimus, vt iacta tātū fundamēta a nobis esse, opus ip̄m si multi hoc exēplo pari in id studio ac labore incubuerint, tum demū posse fortasse aliquādo perfici existimemus. Atq; has nos quidē orationes, ob id p̄cipue Leo Pontifex maxime, vt alia p̄mittā omnia, sub tuo nomine exire voluimus, q̄ te quīs in ea amplitudine collocatū, vt nemo mortalīū propius deum attingat, maximis semp̄ occupationibus distineri necesse sit: & his tamē maxime delectari, & nūq̄ intermittere literarū studia audimus: neq; quęq̄ a te pluris fieri, q̄ qui aliquo optimatū artū genere cæteris antecellat. Et huius quidē rei id iam inde ab initio amplissimę huius dignitatis tuę iudicio oībus esse potuit: q̄ Petrū Bembū, & Iacobum Sadolerum viros vti summa inter se beneuolentia cōiunctissimos, ita tū moribus, tū omni literarū genere & q̄simillimos & nostrę ætatis omnīū ornatiōssimos, a secretis habere voluisti. Iam tū magna mihi oblata spes est, fore vt omnes tuo auxilio bonę artes reuiuiscerēt: cū tibi eos q̄ in his excelleret, adiūgēdos, atq; omni dignitate honestādos putares. Sed nō hoc vno nobis tuus hac in re animus perspectus est: permultis se ille aliis quotidie signis ostēdit. & p̄clarissimorū semp̄ ingeniorū parens plurimos tibi Roma omni doctrina p̄stantis viros sufficit: & his nō inferiores ex oībus eo terris, vt in cōmunē quādā nationū omniū, ac torius terrarū orbis patriā permulti cōfluūt. quippe eo iam inde ab initio nata fato Roma est, vt qd̄ vbiq; terrarū egregiū exortū esset, vna susciperet. Hos tu oēs ita amplecteris, ita omni beneuolētia prosequeris, vt cū nullo hominū genere libētius viuas, nulli ad te aditus faciliores sint, nulli tua magis liberalitas pateat. Ex his ego & plurimis illis quæ in te elucent, virtutibus, in eā opinionē adductus sum, vt ob id ab Deo te optimo maximo & terris datū & toti Christianę Reip. p̄positū arbitrer, vt tu is sis cuius ductu in antiquā illā tū imperiū, tum omniū & virtutū, & bonarū artū amplitudinem Roma restitatur. Sed agendū id profecto ex his tibi prius est, quo vrgemur magis: cui nisi occursum fuerit, magnę esse nobis calamitatē potest. Nimia iā audacia Christiani in nos noīs hostes efferūtur: nimis proterue nobis insultant: dū multos iā annos, oēs eorū iniurias toleramus, in maximū cōtēptū venimus: neq; quicq̄ est, qd̄ sibi in nos licere nō putent. quas illi per hosce annos regiones, quos agros nō sepius deuastarūt: quos nō sinus penetrarūt: quibus ex oris prædas nō abegerūt: quā nobis ignominia nō inuulerūt: quin etiā (fœdū dii immortales facinus) florentissimā illā, illā & literarū, & virtutū omniū parentē Gręciā nobis tacentibus,

Orationis  
Ciceronis  
ne vis.

Leonis X.  
cut oratio  
nes dicat.

Rome fatū

Christiani  
nominis  
hostes.

atq; adeo prope traditibus immanissime geres occuparunt. nos socios atq; amicissimos nobis Reges ante oculos prope nostros opprimi, ac regnis exui passi sumus. Nostra tum scilicet res non agebatur: nihil eorum ad nos calamitas pertinebat: satis erat suos quosq; fines tueri: nihil preterea curandum erat: Nimirum nostra hac negligentia id factum est, ut magne illis breui tempore vires addita, magna nobis auxilia detracta sint. neq; suis illi viribus, sed nostra se cordia creuerunt. nos, nos inquam in nos eos aluimus: nos ita auxiliamur, ut multa iam ab illis merito, nisi prouisum fuerit, timeri possint. Sed prouidendum profecto est: neq; quicquam iam, quod turpe nobis futurum sit, ferre debemus. tuusq; adeo hoc esse munus, hoc tibi onus incubere, oes existimant. Neq; tamen quicquam ne hoc quidem preter te alius quisquam potuit. Ita te id solum postulatur, ut a finibus eos nostris auertas, ut exultantes ac temere in nos irruentes reprimas. maius quod

Horrae ad bellum in Turcas suscipiendum.

dam est, quod tuae a te magnitudinis deberi videatur. nisi vltro illato illis bello, & omnis ante suscepta nobis labe eorum sanguine eluatur: & illi penitus ne se aliquando in nostram perniciem casu suscipere possint, excendantur: satissimum tantum de te omnium expectationi nullo pacto potest. Neque vero factum id difficillimum futurum est, si te auctore sublati, si qui intercedunt, simultatibus christianiani inter se reges conspirauerint, & in commune hostem communi consensu suscipiendum sibi bellum esse existimarint. quid enim his viribus opponi poterit: verendum credo nobis erit, ne paucis illis pedum cohortibus, ne inermibus illis, ut innumerabiles sint, equitibus hostium, tot (ut alios omittam) inuictae Hispanorum, tot Heluetiorum legiones, instructissimus ille Gallorum, ille Italorum equitatus pares esse non possint: ne primum quidem imperum, ne clamorem illi quidem nostri exercitus ferre poterunt. Agis tu quidem dies noctesque unum hoc omnino maxime: neque quicquam omittis, quod ad conciliandos inter se, atque in hostem inflammandos christianorum animos fieri oporteat: atque eo iam tuis monitis & hortatibus adducta res est, ut potentissimi iam Reges veterum iniuriarum obliti, & amicitiam ineam, & ad colloquia veniant: ut & communibus una de rebus consilium capiant: & quae ad christianae reipublicae salutem, ac dignitatem pertinere visa fuerint, constituentur. sed & reliquum tamen quiddam adhuc est, quod tibi agendum sit. quae prope omnes iam praese ferunt, ea quanta fieri celeritate poterit maturanda sunt. nescio quis iam diu christianorum mentes torpor inuasit: qui ut optime tua auctoritate animati sint, diutius tamen procrastinantur, quam opus sit, ac multas quotidie bene gerendae rei opportunitates praetermittunt. hunc dum penitus somnum excutias, hanc dum tollas segnitiam, nulla sit res, quae ab eo te, quod tam preclare coepisti, deterere possit. hoc unum cum effeceris, tunc denique quod tandem machinaris, quod tanto opere moliris, quod tecum semper cogitas, effeceris. Erit, erit profecto dies illa, cum te longissime prolatis finibus, deuictis omnibus, quae christiano unquam nomini infensae fuerint, nationibus, cum insigni laurea redeuntem intueri liceat: cum tota te Italia, totus terrarum orbis ut quendam ad leuanda nostra incommoda e caelo delapsum deum veneret: cum tibi obuiam cunctis ex oppidis omnium generum, omnium aetatum multitudo se omnis effundat: tibi patriam, tibi penates, tibi salutem, ac vitam denique, depulso crudelissimorum hostium metu, acceptam referat: cum ipsi etiam se tibi agri noua quadam rerum omnium ubertate letiores ostendant. Tum tu maximis omnium plausibus Regum medius Romam inuectus pulcherrimum ac iustissimum triumphum ages: tunc demum pace terris omnibus per te parta frui nobis licebit: tum denique omni & bello & belli timore sublato alumne pacis atque otii littere uberrimo se prouentu efferent: tum plurima inter hostium spolia tot illa a veteribus illis graecis monumenta scriptis tradita, quae nunc in misera & diuturna hac Graeciae seruitute oppressa delitescunt, per te ex tenebris extracta conspicietur. quin & latina fortasse pleraque belli hinc impetu nobis ablata recipientur, aut certe pacatis iam rebus alicunde emergent, atque ex omnibus ad te partibus deferent. tum & alia plurima, & Ciceronis fortasse tum ea, quae desiderantur, in lucem prodibunt, tum haec, quae manca & mutilata legimus, integra & emendata reperient. neque vero in antiquorum scriptis emendandis diutius teneri quaequam necesse erit: sed in maxima optimorum librorum copia, maximo ac turrisimo otio existent fortasse, qui maiora conentur, & ipsam etiam antiquitatem puocare scriptis audeant. Profecto aut nunquam posthac futurum est, aut tua id haec aetas videbit. Interea hos labores nostros, qui tam corruptis veterum libris & necessario suscipiendi, & maxime utiles habendi sunt, ne contemne: & ea, quae ut futura credamus, maximam tu ipse nobis spem attulisti, quae semper meditaris, quae animo semper agitas, quae immortalae tibi apud omnes gentes gloria paritura sunt, quae profecto tibi debent, uti nulla interposita mora quam celerrime fiat appropera-

**C**um multæ ac variæ Bèbe, artes sunt, quibus maximam inter mortales gloriam consequi possumus: tunc duæ precipue in amplissimo & dignitatis & laudis gradu collocare homines consueverunt: res militaris, & eloquentia. Hæc cum eiusmodi sint, ut nulla sit ars alia, quæ plura in commune utilitatem afferat: neque quicquam ab hominibus geri possit, quod non harum præsidio egeat, & sub earum quasi tutela contineatur: quippe illa bellum administrat, hæc pacis moderatrix est: in quarum rerum altera civitates semper esse necesse sit: nullum gloriæ, nullum honoris præmiū est, quod non illis merito tribuendum putetur. Sed quoniam ita natura comparatum est, ut longe acrius nos ea perturbent quæ molesta sunt, quam iucunda delectent: atque ea incommoda, quam plurima inferre bellum solet, Imperatoris scientia propulsantur: tunc id quod primum ab hominibus ducitur, Imperii sepe fines præferunt: ipsius denique pacis commodis, tunc demum, cum bellum sublatum est, perfrui possumus: hinc factum est, ut a plerisque longe imperatoria laus, eloquentiæ præferretur. Neque vero in vllâ mihi nunc partem disputandum est: hoc tamen dixerim, si quis ipsas has per se artes consideret, non esse cur tam facile inferior Imperatore Orator haberi debeat. Quid ille, ut præclare omnia, quæ ei cognoscenda sunt, teneat: sine perditatu, sine equitibus, sine reliquo belli apparatu efficere unquam poterit? Quid: nisi fortuna affuerit: in cuius manu, cum humana omnia, tunc precipue belli euentus esse existimatur. Hic nullius præterea opera, aut auxilium indiget: solus sibi ipse sufficit: solus ipse sine vlllo comitatu, quod ipsius artis est, præstare, ac suum tueri munus potest. Quid, quod sine dicendi vi, ne ipse quidem Imperator satis instructus haberi debet? Consolandi sepe milites, reprimendi, animandi in hostes sunt. Ea plerumque incidunt tempora, ut vna hæc ars maxime omnium necessaria in castris sit: huic vni magni sepe exercitus præligati, magnæ partem victoriæ, debeant. Sed hæc omnia hoc tempore disputatio omittatur: atque id modo mihi satis sit: in pacatis civitatibus, nulla re magis homines quam eloquentia, ceteris anteferri. Hoc ut vetustiora omnia prætermittam, nonne in nostra maxime reipublica intueri possumus? In qua cum omnibus bonis artibus sit suus semper honos habitus, nulli tamen ampliora, quam eloquentiæ, præmia constituta sunt. Quæ multi patrum memoria, quam multi nostra, ob hanc vnam ad summos honorum gradum euecti sunt: Neque id immerito. Cum enim omnia maiorum nostrorum instituta, quibus hæc urbs administratur, nihil prope aliud, quam pacem spectet, quænam potius ad huiusmodi reipublicæ gubernacula admittenda sit, quam is, qui pacis artibus eruditus, quæ sibi illi proposituerunt, tenere cursum possit? Vnum profecto Orator est, qui omnia quæ ad conservandum hanc reipublicam necessaria sunt, complectatur. Hic improbos eicit: tuet bonos: alienam a reipublica commodis & dignitate sententiam refellit: quæ utilia simul & decora existimat, persuadere conatur: virtutes laudando, quasi exempla quædam, quæ imitari debeant, civibus proponit: vitia improbanda, quod fugiendum maxime ac vitandum sit, ostendit: denique quasi in specula quadam positus, omnia circūspicit, ac nullam reipublicæ partem prætermittit. Non est igitur quod miremur: si eam artem, quæ omnium maxime hominum commodis ac salutem consulit, maxime homines admiranter: & quæ ea præstat, præstare ceteris, & unum plurimum posse voluit. Sed quæ maxima in hac reipublica proposita sunt eloquentiæ præmia: & hac multi via ingressi, ad summos sepe honores pervenerunt: non est adhuc tamen is nostra in civitate orator auditus, qui perfecte eloquens dici posset. quod nulla arte adhibita, ingenii vi & exercitatione, atque usu quodam effici potuit, id nostri homines consecuti sunt: ornatior ille ex eruditione cultus, & ea quæ maxime oratorem instruunt, præcepta defuerunt. Sed neque id quod omnium maximum existimandum est, et præbatissimis quæpiam sibi unquam illis, quæ imitari proposituerunt. Tale neminem cum audiret: ne ex veteribus quod aliquem, quod alia eos lingua locutos videbat, magnopere quærendum esse iudicauerunt. Qua in re tantum abest, ut ego illis assentiar, ut id etiam contendant, alia nunquam ratione summam illam eloquentiæ gloriam acquiri posse. Ac latina nos quod lingua iam pridem loqui destitimus: & hæc, qua hodie utimur, recetior, multos iam annos tota Italia successit: sed & ex illa tamen transferri in hanc multa possunt: neque vllus elegantis orationis ornatus reperiri potest, quæ ipsa hæc non recipiat. adhibendas modo latinis scriptoribus nostri homines sibi aures atque animam existimant: hinc rerum cognitionem, hinc ea quæ necessaria ad dicendum præcepta sunt, hinc verborum ornamenta hauriunt: hinc demum sibi aliquem deligunt, cuius similes velint esse: non est quod desperem, si ad naturam vim & frequentem dicendi usum hæc etiam accesserint, fore, ut aliquando nostra etiam in civitate summus orator audiri possit. Ne Romæ quodam, quæ hac maxime laude floruit, id primum contigit, quæ eloquentiæ studiosi grecorum hominum sibi scripta evoluerunt, & quæ ab illis eunt tradita, præcipienda esse putauerunt. Tunc denique ita verbis, ita sententiis, ita omni dicendi copia, omni ornatus genere Romana se oratione locupletavit: ut ipsi etiam harum rerum & iuenticis & præteritis Græciæ felicitati breui tempore se adæquaverit. Idem nunc nobis faciendum est: ut a grecis illi, sic a latinis nostri, si eum aliquid voluerit, multa transferat: necesse est. cum omnes antiqui scriptores præcipue Ciceronis scripta, & ex his orationes maxime semper in manibus habende sunt. nullus neque in iudiciis, neque in consultationibus incidere locum potest.

Militaris  
rei præstantia.

Eloquentiæ  
præstantia.

Oratoris  
bona.

Romani a  
grecis elo-  
quentiam mu-  
tuati.

Cicero præ-  
cipue legendus.

PETRO BEMBO

cuius nō plurima hinc exēpla, tāq̄ e thesauro quodā depromi possint. Sūt qdē & alii q̄ egrē  
 gie scripserint: nec qsq̄ oīno e veterib⁹ illis est, quē ego nō plurimū pfuturū arbrer: sed vnā  
 fortasse illi aliquā eloquētiē partē absoluerint: huic vni ita omēs illius opes concessē sunt, vt  
 eas nostri oratores si adepti fuerint, nihil sit qd̄ sibi prēterea desiderādū putēt. Ita em̄ locu-  
 tus est, vt Ciceronis vox, ipsius vox esse eloquētiē videat. Quā ob rē, cū hui⁹ orationes, quas  
 (vt pleraq̄ oīa) vetustas pene delerat, mea nūc opera longe emendatiores factē, & facilius in  
 telligi, & libētius legi possint: nō latinē solū linguē pfuisse: sed & meis etiā ciuib⁹, q̄ dicen-  
 di facultate hominū sibi studia conciliare, atq̄ in rep. principes esse voluerint, si sibi has legē  
 das duxerint, quo maius quiddā q̄ ceteri adhuc oēs cōsecuti sunt, adipiscant, nō parū opis  
 attulisse existimādus sum. Qua in re, si excellētī eloquētia hoīes, p̄ter ceteros reip. vtilēs ha-  
 bendi sunt, nō nihil ipsi etiā Reip. pfuisse videri debeo. Harū ego orationū cū primū nuper  
 Leoni Decimo Pōrifici Maxī. volumē miserim, cui hoc alterū a me porī⁹, q̄ tibi Bembe, cū  
 tēdū fuit: Si amicus q̄rēdus, quē mihi ego te amiciōrē putē: q̄ nouū aliquod quotidie tuē in  
 me beneuolētiē signū ostēdas: neq̄ vnq̄ bene de me mereri desinas: vt tuus scilicet ille in me  
 animus, q̄ mihi qdē est p̄spectissimus, p̄spectior in dies tñ & mihi, & ceteris oīb⁹ esse possit.  
 Si is cui plurimū deberē, ea sunt tua in me merita, vt ego ne ad habēdas quidē tibi gratias,  
 parē me esse sentiā: & ea idcirco nō cōmemorē, ne cū & plurima & maxima a me dicta fue-  
 rint, & plura tñ & maiora p̄terita esse videant. Quid, q̄ Ciceronis scripta nemini apti⁹ mitti  
 potuerūt, q̄ ei q̄ ita illa sequit, vt pene assequat: Tibi quidē & felix, & ad omnes eque res ac-  
 cōmodatū ingeniū est. sed nescio quo pacto tñ hac vna in re maxime elucet, q̄ quencunq̄ dī-  
 gnum statueris, quē amulari velis, p̄clare tuis scriptis semper effinxeris. Atq̄ vt ea p̄tereā, si  
 qua a te grēco sermone scripta sunt, cuius tu maximā tibi facultatē summo studio ac labo-  
 re p̄peristi: ac de latinis loquar: quis soluta vnq̄ oratione ipsum hūc Ciceronē tā vberē, tam  
 vnū ex oīb⁹ omni re absolutū oratorē felicius reddidit: Quis versibus diuinam illam Maro  
 nis vim & maiestatē propius accessit: Magnū qddā, hac p̄sertim tēpestate, fecisse videri solēt,  
 q̄ in horū altero ita elaborarint, vt nō oēm operā luisse existiment: tu q̄ in vtroq̄ excellis, q̄  
 bus laudibus, quāta admiratione dignus es: Quid, nostra hac lingua, quā non secus nunc, ac  
 veterē quodā illā latinī, sibi Hetrusci vendicāt, nōne hoc tibi idē cōtigīt: cuius oēm ita elegā-  
 tiam assecutus es: vt cū & multa iā a plerisq̄ eo sermone scripta sint, q̄ nōnulli vel latinis etiā  
 am æquanda cēseant: neq̄ eorū tu cuiq̄ vllō in genere cedere videaris: longe tñ maius qddā,  
 q̄ ad hāc diē effectū sit, de te sibi hoīes polliceant. Hanc adeo tua illa scripta, quē partim ma-  
 xima cum tua laude in manib⁹ hominū iādū versant: partim egregie inchoata, apud te ad-  
 huc sunt: expectatiōem excitarunt. Tu profecto is eras, qui eam gloriā, quam desiderari ad-  
 huc diximus, in nōstram temp. inferre posses. sed alia te ab hac cura negotia auerterunt. ab  
 Leone Decimo Pont. Max. accitus, qui illi a secretis esses, a nobis abstractus es: & earum q̄bus  
 Orbis regitur curarum particeps, ita maximis semper rebus distineris, vt ne ea quidem, quē  
 tam p̄clare cōperas, adhuc scripta perfici potuerint. Sed dabitur profecto id aliquādo, qd̄  
 & tu tantopere exoptas, otium: dabitur tempus id quo totum te ad literarum studia referre  
 possis, quod tibi omne in optimis artibus summa cū tranquillitate animi tuo arbitratu con-  
 sumendum sit. Tum certe id in te videbimus, quod plerūq̄ in agris fieri consuevit: qui in-  
 termisso cultu, maiore quadam vbertate, quasi referre gratiā quietis solent. Tū tu, q̄q̄ lati-  
 nē linguē splendor ob oculos maxime tuos obuersabitur, hanc tñ nostrā ne contemnitō, sed  
 & illi etiā cogitationū tuarū aliquid impertire. Vetus illa tam multos in omni genere illu-  
 stres scriptores habet, vt neq̄ vllius iā ingenio fieri possit ornatior, & tu illis fortasse par, su-  
 perior quidē certe nullo modo esse possis: hęc ab nullo ita culta adhuc est, vt nō facillimū ti-  
 bi ipsi p̄sertim sit, longo interuallo oīb⁹ anteferri, ac principē tibi locū sine vlla cōtrouer-  
 sia vendicare. Et certe q̄ a patrib⁹ nobis nostris est tradita, q̄ ea loqui contigīt, id a nobis il-  
 li quasi deberi videt, vt omnium maxime (quantū fieri a nobis potest) & vberem esse & ornatā  
 velimus. In hanc tu rem si animū intēderis, breui tēpore futurū video, vt sicut a latinis quō-  
 dam illi ipsi, quos sibi proposuerāt, grēci de possessione eloquētiē deturbati sunt: sic nos neq̄  
 verborū copia, neq̄ vllō orationis ornatu a latinis vincamur. Hoc aut tu, aut nemo hac tē-  
 pestate facere alius potest. Quā ob rē, ad eā tu quidē te gloriā prepara: a nobis hęc, quātacūq̄  
 sunt, quoniā maiora nō possumus, ita accipito, vt maxima tñ existimes: quoniā maxima eorū  
 sunt, quē ab ingenio meo prouenire possunt.

Bēbo cur  
emittat.

Cicero ora-  
tor absolu-  
tus.

Cōparatio  
apta.

IACOBO SADOLETO.

Acpe ego mecum Sadolete, tum a natura editas, tū ab hominibus inuentas res animo re-  
**S**putās, eundem in omnib⁹ certa quadā ratione seruari ordinē ac progressum animaduer-  
 to. Primo quidem paruo quodā a principio ortum omnes trahunt, tum deinde augeſcen-  
 tes, eo paulatim per gradus quasi quosdā perueniūt, qđ in vniuscuiusq; natura pfectissimū est.  
 Tum vero postq̄ id adeptæ fuerint, referri rursus ac senescere incipiunt: atq; ita sensim mi-  
 nuī, vt postremo ad interitū etiā dilabātur. Id & in natis e terra stirpibus, & in omni ani-  
 mantum genere intueri licet: quę vt imbecilla primo in lucem exierūt, hinc vires in dies su-  
 māt, mox quę acq̄iserint paulatim dependant, ac cōficiant deniq; necesse est. Neq; vero fie-  
 ri potuit, vt non eandē hanc cōditionem, omnes item artes, omnia opera, omnia inuenta ho-  
 minum sequerentur. Sed & hæc cum ab ortu adoleuerint, eadē postea vetustate tandem exta-  
 bescent. Tulit hanc scilicet legem natura, quę nulla vnq̄ vi abrogari posset, sed vna sine vlla  
 exceptione inferiora hæc omnia necessitate quadam immutabili cōrineret. Ac ne multis ego  
 exemplis conquirendis longius in re manifesta immorer q̄ necesse est, vel ex ipsa id eloquen-  
 tia (cuius causa hæc a nobis dicta sunt) cognosci potest. Hæc (vt grecos omittam, quibus ra-  
 men hoc idē euenisse reperietur) cū primum Romæ exorta est, per parua quędam incremen-  
 ta longo tempore paulatim se ad summum euexit, cū rudis antea & ppe infans esset, primus  
 Cato ei multū addidit, longius Galba, Porcīna, Carbo, Gracchi puexerūt. Græcorum eam  
 gloriæ, Antonius, Crassus, Hortensius, æquauerūt. ita summa demū illi manus ab Cicerone  
 imposta est, vt nihil præterea cuiusq; neq; ingenio, neq; industria, neq; vilo doctrinæ genere  
 addi posset. Ab eo ruere, & ferri in p̄ius cœpit. Ac primo qđ sublata e ciuitate pax, & ea, cū  
 qua simul creuerat, extincta libertas est. Nam cum bellis cuncta ciuilibus diutius agitata es-  
 sent, eorum deniq; is finis fuit, vt oppressa tandem post multas ciuium clades, respública in  
 vnus potestatem concesserit. Tum vero cum omnia ex vnus nutu penderent, nulla maiorē  
 more iudicia exercerentur, nullæ in senatu sententiæ, aut eę certe non liberæ dicerentur, nul-  
 læ ad populum conciones haberentur, sed omne penitus sublatum eloquentiæ theatrū esset:  
 aliis quibusdā artib⁹, & iis prauis plerūq; ac flagitiosis, summa omnia homines cōsequen-  
 tur: simul præclarissimæ artis restingui indies studium, simul ea euanescere paulatim cœpit.  
 Post vero, cū illa omnium populorum victrix, ac totius terrarum orbis imperio diu potita,  
 eo tandem (vt humanarum rerum vices sunt) redacta gens esset, vt nulli nō nationi contem-  
 ptui ac prædæ esset: ac nouę quotidie, & eę ab omni humanitate alienæ gentes, vel ab extre-  
 mis etiā orbis finibus, Italiā deuastarent: extincto latinæ linguæ vsu, deleta pene Roma-  
 no nomine, factum est vt e tot cladibus vix vmbra quadam ad nos Eloquentiæ peruenerit.  
 Sed & hæc etiā pene e manib⁹ nuper elapsa, pene omnis funditus extincta est. Quam em̄ post  
 tot incommoda recreari iam aliquantum decuit, eam noua quędam calamitas excepit. Exor-  
 ta opinio est, & ea per plurimorum iam animos peruaserat, vt nemo satis eruditus, nemo sa-  
 tis vilo doctrinæ genere excultus iudicaretur, qui cognitis & vsitatis verbis vteretur. Hi de-  
 mū præclare locuti, hi omni laude, omni admiratione digni præter ceteros putabantur, qui  
 ita aliquid scripserant, vt vix id percipi ab vilo posset. Imperiti quidam, & nullo vsu, nullo in-  
 genio homines, cū ea plerūq; plurimi fieri vulgi iudicio viderent, quæ ab omnibus ignorarē-  
 tur, nec sibi aliud ad cōmendationem hominū patefieri iter animaduertent, eo se posse per  
 tenebras peruenire arbitrati sunt, quo pauci luce potuissent. Quod cum primo illis in ma-  
 xima latinæ linguæ, atq; omnium bonarum artium inscitia recte cessisset, tum non pauci eos  
 secuti, eo tandem rem adduxerant, vt breui tempore veterem illam dicendī gloriā hac ca-  
 liginē obrui atq; aboleri penitus necesse esset. Nullas hi non vetustatis latebras perscrutabā-  
 tur. Hinc verba vel ipsi etiā Romulo, & priscis illis Latinis iam tum obsoleta & desita pro-  
 ferebant. Quin vt obscuriora ea essent quæ dicerent, græca etiā sæpe pleraq; sæpe barbara  
 congerebant: digni qui eo naturæ munere, quo tam male abutebantur, omnino carerent. Cū  
 enim ob id nobis sermo datus sit, vt hoc ea quæ animo occultātur, depromi possint, quid fie-  
 ri alienius potest, q̄ ita quenq; loqui, vt nihilo magis intelligatur, q̄ si omnino nihil loquerē-  
 tur! Nulla vnq; res magis omnem euertere eloquentiam potuit. Quippe & labefacta iam ac  
 prope dirutę inciderat: & sublata verborum elegantia, ipsum etiā illius solum ac fundamē-  
 ta eruebant. Quid, q̄ insolentibus & sordidis illis verbis hę sententiæ suberant, vt recte hoc  
 saltem fecisse videri queant, q̄ tam abiectas res, tam sedulo tantis verborum tenebris occul-

Rerū incre-  
 menta.

Lex nature  
 abrogari  
 nequit.  
 Eloquentiæ  
 incrementa.

In antiqua  
 rios & obs-  
 curitatis  
 amatores.



rarint! Sed bene id profecto cecidit, quod non melior huic quam ceteris rebus conditio data est. cum late serperet, ac non paruum iam Italiae partem occupasset, atque ubique iam se terrarum diffunderet, medio in cursu concidit. nonnulli his scilicet se viri doctissimi, ut infestissimis latini nominis hostibus obiecerunt. Quorum opere factum est, ut foeda illa barbarie profligata, ab propinquo iam interitu Eloquentia vindicata sit. Et initium quidem bene gerendae rei ab Romanis ortum est. Vna Roma quasi tutissima arx quaedam fuit, a qua semper haec labes reiecta sit: quo nullo unquam conatu irruerit. hic tanquam pro aris, ac focis, summa vi certatum est: ut cum caetera a maioribus tradita, amissa essent, haec saltem parentum laus retineretur. Represso igitur foedissimorum hostium impetu, facilius de illis victoria facta est. Ac ne omnes a me hi, quorum egregia in hac re opera exitit, commemorentur: tu certe praeter caeteros acerrime illos semper insectatus es. Tu afflictam semper Eloquentiam protexisti. Tu tuis scriptis, quorum nemo non maxime elegantiam admiratur, quae illius, quae Latinae linguae vox esset, ostendisti. Factum est igitur, ut nemo iam tota Italia sit, qui obscurum id & incultum dicendi genus non magno perecontemnat: qui non unum sibi maxime Ciceronem, tum ut quisque Ciceroni simillimus est, & facillime perlegendos, & omni studio sequendos putet. Quin & transalpinae etiam nationes iam se nobis coniunxerunt: nec minus ab his feliciter arma pro Latino nomine sumpta sunt. ut reliquos ex his omittam, tuus ille e tuis castris profectus, tuis praecipis instructus, tuis monitis excitatus, Longolius ita rem gerit: ita longius quotidie Romanae linguae fines profert: & ea ab aliis item nonnullis opera nauatur: ut si id desperandum sit, posse aliquando Eloquentiam in antiquam illam, e qua deiecta est, restitui dignitatem: id certe affirmari possit, eam linguam quae quondam, tum, cum maxime floruit, Italiae tantum finibus continebatur, nunc breui tempore in nullas non totius orbis partes peruenturam. Neque tamen cessandum est: sed si usque latet, & ubique locorum perquirenda, & omni ratione eicienda penitus haec pestis est. Ego quidem quantum in me virum est, id omne in hanc rem confero: & cum maiora non audeam, id saltem enitor, ut Ciceronis scripta, quae incuria quadam ac vetustate deformata circumferuntur, ex antiquis exemplaribus meo labore suae dignitati reddantur, & emendatiora in lucem prodeant. Atque alia quidem alia: nunc eius orationes damus. Quarum cum duo iam volumina, alterum Leonis. X. alterum Petro Bembo missum sit, tertium hoc Sadolete, sub tuo nomine in manus hominum perueniet. Recte tu mihi Bembo adiungi visus es, ambo eiusdem Pontificis a secretis estis: ambo & literis & omni morum elegantia praestantissimi: quin eo etiam inter vos amore deuincti, ut exemplo esse possitis, nullum esse ad confirmandam amicitiam arctius vinculum, quam morum similitudinem, ac studiorum societatem. Sed & ego tanti te facio, ut egregias tuas virtutes, neque admirari, neque de his, quoties aliqua offertur occasio, praedicare unquam desinam. Ad adeo cum mea ipse sponte libens facio: tum eo libentius etiam, quod nihil arbitror posse a me Bembo gratius accidere. Multa mihi cum illo ac magnae necessitudinis causae intercedunt, coniunxit patria, communis utriusque nostrum parens, mea quaedam praestantis ingenii admiratio, & non alienus illius a me animus, coniunctiores fecit. auctam in dies benevolentiam assidua familiaritas confirmavit. plurimis illius in me meritis haec omnia cummulata sunt. Quam ob rem, ut nihil me aliud ad id impellat, qui possum non summa te benevolentia prosequi: cuius summa cum amicissimo mihi viro coniunctione nihil sit illustrius. Cum vero animi ad id tui ea etiam accedant ornamenta, quae vel ignotos etiam ut amemus cogere consueverunt, quam tandem meam in te esse voluntatem decet! Eam scilicet quae & amicissimo, & omni laude praestantissimo viro debetur. Accipe igitur paruum hoc mei in te amoris pignus: neque eum tamen ex hoc metiri velis, sed ex eo potius, quod profectus a Leone Pontifice Maxi. cui literarum amantissimo, omnia literarum monumenta deberi videntur, & Petro Bembo, cui ego omnia debeo: neminem habui, quem tibi praefendum putarim.

Romani  
primi lingue  
suae vindicantes.  
Sadoleti praefatio  
conia.

Ciceronis  
laus.

Christophorus  
Longolius.

Orationum  
volumina.